DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Ablaßbrief

Pfarrarchiv Absam

27.7.-29.9.1338

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7301.A1

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-62230

Visual Library

b. 1

De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apost-
olorum ejus meritis et autoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et
confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphania, Resurrectionis,
Ascensionis et Corporis Domini nostri Jesu Christi, ac Pentecostes, necnon Nat-
ivitatis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionisque Beatæ Mariæ
Virginis, ac Nativitatis S. Joannis Baptistæ, dictorumque Petri et Pauli Apost-
olorum, ac ipsius Ecclesiæ Dedicationis, et Patroni festivitatibus, celebrit-
ate quoque Omnium Sanctorum eandem Ecclesiam devote visitaverint, et
divinis ibidem interfuerint, atque de bonis a Deo sibi collatis, pro ejusdem
Ecclesiæ ~~[illegible]~~ structura ac ipsiusmet ornamentorum augmento et reparatione
manus porrexerint adjutrices, centum dies de injunctis eis poenitentiis
misericorditer in Domino relaxamus. Praesentibus perpetuo dur-
aturis. Datum in Monasterio Wiltinen sub nostro sigillo,
die tertia mensis octobris, anno a Nativitate Domini millesi-
mo quadringentesimo quinquagesimo tertio. Pontificatus
Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Nicolai
divina providentia Papæ quinti anno septimo.

1338.

Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes Tridentinus
litteræ pervenerint. Nos miseratione divina Nicolaus . . .
Calliensis Pyscienensis
Episcopus Petrus . . . . . . Episcopus — — Benedictus . . . —
. . . Episcopus, — — Salamannus Normaciensis Episcopus — — Conradus
Guernensis Minnasgardensis
. . . . . Episcopus — Nerses — . . . . Episcopus — — Jacobus de
Valonar Porensis
. . . . . Episcopus — — Dominicus . . . . Episcopus et Joannes Episcopus
Salutem in Domino sempiternam.

Pia Mater Ecclesia de animarum salute solicita devotionem fidelium,
per quædam munera spiritualia remissiones videlicet et indulgentias in-
vitare consuevit, ad debitum famulatus honorem Deo et sacris æd-
ibus impendendum, et quanto crebrius et devotius illuc confluit po-
pulus Christianus assiduis Salvatoris gratiam precibus implor-
ando, tanto delictorum suorum veniam et gloriam regni cœlestis
consequi mereantur æternam.
Cupientes igitur, ut Capellæ S. Michaelis in Abzan ac S. Wenceslai
ibidem, ac S. Nicolai in Halle ejusdem plebis, S. Mariæ Magdalenæ, Martini
S. Catharinæ, ac S. Jacobi, S. Elisabeth, S. Joannis Baptistæ et S.S. ~~Mat~~
et Andreæ congruis honoribus frequententur, et a Christi fidelibus jugiter
venerentur ~~frequententur, et Xti fidelibus jugiter venerentur~~.
Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictas capellas seu
alicujus earum in omnibus et singulis festis suorum Patronorum, et
Patronarum, et in dedicatione earundem, ac in aliis festis infrascriptis,
videlicet Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Paschæ
Trinitatis, Ascensionis, Corporis Christi, Pentecostes, Inventionis et Exalt-

ationis S. Crucis, in omnibus festis Beatae Mariae Virginis ac S. Joannis Baptistae
S.S. Petri et Pauli ac omnium Apostolorum et Evangelistarum, Sanctorumque
Stephani, Laurentij, Michaelis, S. Nicolai, Gregorij, Augustini, Ambrosij, Hieronymi,
S.S. ~~Mariae~~ Magdalenae, Catharinae, Margarethae, Ceciliae, Luciae, Agathae, Agnetis,
in Commemoratione omnium Sanctorum et animarum, et per octavas dictarum
festivitatum octavas habentium, singulisque diebus Dominicis et Sabbathis causa
devotionis, orationis ~~aut~~ peregrinationis accesserint, seu qui missis aut
praedicationibus, matutinis, vesperis, aut alijs quibuscunque divinis officijs eisdem
interfuerint, aut corpus Christi, vel oleum sacrum, cum infirmis portantur, se-
cuti fuerint, seu in serotina pulsatione campanae secundum modum curiae romanae
genibus flexis ter ave Maria dixerint. Nec non qui ad fabricam, luminaria, or-
namenta, aut quevis alia dictis Capellis necessaria manus porrexerint adjutrices,
vel qui in eorum testamentis aut extra aurum, argentum, vestimentum, aut ali-
quod aliud charitativum subsidium dictis Capellis aut alicui earum donaverint,
legaverint aut procuraverint. Nec non qui pro salubri statu venerabilis Christi
patris Episcopi hanc indulgentiam confirmantis, dum vixerit, et eius anima,
cum ab hac luce migraverit, ejusque patris et matris, amicorum, parentum et
benefactorum, ac omnium fidelium defunctorum pie Deum exoraverint.
Quotiescunque, quandocunque et ubicunque praemissa vel aliquid praemissorum de-
vote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli
Apostolorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum XL (quadraginta) dies
indulgentiarum de injunctis eis poenitentijs misericorditer in Domino re-
laxamus. Dummodo Dioecesani voluntas ad id accesserit, et consensus.
In cuius rei testimonium praesentes literas sigillorum ~~nostrorum~~ jussi-
mus appensione muniri. Datum Avinione ~~XXVIII die~~
die XXVII mensis Julij Anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo
octavo. Pontificatus Domini Benedicti XII. anno quarto.

(Papst)

Nos Mattheus Dei gratia Episcopus Brixinensis omnes et singulas indulgentias
supradictas a praefatis Reverendis in Christo Patribus ~~[illegible]~~ sicut provide
et deliberate ac discrete concessas, eo modo quo datae ab ipsis in praesentem, et eas,
ut [illegible] permittitur, approbamus et legitime confirmamus, quadraginta dies
criminalium universis et singulis Christi fidelibus vere contritis atque confessis
qui altare praedictas [illegible] eadem [illegible] suis bonis [illegible] devote [illegible]
meruerint, de omnipotentis Dei gratia, et dictorum beatorum Petri et Pauli Apostolorum
~~[illegible]~~ igitur) confisi suffragijs misericorditer nihilominus indulgentiarum
nomine relaxantes. In quorum testimonium nostrum sigillum praesenti paginae
duximus appendendum. Datum in castro nostro [illegible] Anno Domini mil-
lesimo trecentesimo trigesimo octavo. In die S. Michaelis Archangeli.

Nicolaus Tridentensis Episcopus — Petrus Callensis Episcopus — Benedictus [illegible]
Episcopus — Salamannus Wormaciensis (in Wormatiensis) Episcopus — Conradus
[illegible] Tutensis Episcopus — [illegible] Manafcardensis Episcopus — Jacobus de Valona
Episcopus — Dominicus [illegible] Episcopus, Johannes Episcopus.
[illegible] Aumony — Aymony — Aimony etc.

Abschrift eines Revers-Briefs in das Archiv der
Pfarr Absam gehörig ab A°. 1450. in welchem

Mattheus Episc. Brix. 1338.
Matthias Episc. Brix. 135.
conservat altare publicum.
~~Matth~~
Nicolaus Episc. Brix. 1453.
indulgentias perpetuas concessit.

Kündt und zu wissen allen, die diesen brief ansehen, hören
oder lesen. Als Zwist und Zwitracht gewesen ist
zwischen dem ehrwürdigen Gotteshaus St. Michael zu Absam
[illegible] als die Zeit Kirchprobst, [illegible]
[illegible] und Ulrichen [illegible] alle
[illegible] von Absam anstatt der ganzen Nachbarschaft da-
selbs von dem gewaltigen Gotteshaus wegen an einem
glaubhaft Theil, und der ehrsamen Frauen [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] und [illegible]
[illegible] [illegible] Bürger zu Hall im In-
thall des andern Theils, von wegen etlicher Zinsgült, so das
benannte Gotteshaus auf dem Anger genannt der [illegible]
gelegen unter Absam bey dem [illegible] und stosst an [illegible]
[illegible] [illegible] darauf, und der [illegible]
mit Mark und mit Zaun [illegible] ist, und auch alles und
jegliches Zugehörung gehabt hat als [illegible] benannt-
lich [illegible] und [illegible] Gotteshaus
darauf, und von der benannten Stablin und ihren Erben
jährlich und [illegible] gefallen sollten, als dann der Kirch-
probst eine lange Zeit innegehabt, eingenommen und
[illegible] hat, als sie das von der [illegible] Elisabeth
Münsin seligen darauf geschafft ist nach laut und
alten besiegelten briefs, und aber denselben Anger
der benannte [illegible] Laub seliger der Stablin Vater
um zehn Pfund Gelds den Anders [illegible]

1350

Mathaus Dei gratia episcopus Ecclie Brixinensis universis Xti fidelibq. ad quos presentes pervenerint, sinceram in Dño Charitatem. Universitati vestra significamus per praesentes, quod in año Dñi millesimo trecentesimo quinquagesimo, die sexto mensis octobris, altare publicum in Ecclesia parochiali S.t Michaelis Archangeli in Abzan nostra dioecesis secundum consuetudinem Ecclesia romana, et sanctorum Patrum instituta, ad honorem Omnipotentis Dei, gloriosa Virginis Maria, sanctorum Archangelorum Michaelis, et omnium Angelorum, et S.t Stephani Protomartyris, S.t Elisabetha, S. Vincentij M. S.t Christophori M. S. Torpeadis V. et M. — S. Nicolai Episc. et Conf. — S.t Benedicti Abbatis — S.t Henrici Regis et Conf. — S. Wenceslai M. — S.t Verenae? Virg. — S.t Apolinaris M. — S.t Viti M. — S.S.t undecim millium Virginum et S.t Bernhardi Conf. solemniter consecraverimus, instituentes ipsius altaris consecrationem celebrandam die supra scripto. Ut autem omnes Christi fideles spiritali munere dotentur, qui hujusmodi dedicationem altaris hodie institutam, et proximis octo diebus continue subsequentibus per octavam, ut permittitur ~~de more~~ devote visitaverint, singulis annis perpetuo, aut manus porrexerent adjutrices, vel alia opera pietatis dicta Ecclesia exhibuerint, de Omnipotentis Dei Misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Sanctorumque Cassiani Mart: Ingenuini et Albuini Conf: Patronorum nostrorum meritis ~~rum~~ authoritate Confisi, quadraginta dierum indulgentiam de injunctis eisdem poenitentijs misericorditer in Dño relaxamus. Datum anno, mense, die, loco, quibus ut supra.

1453.

Nicolaus miseratione divina tt. S.t Petri ad vincula sacrosancta Romana Ecclesia Presbiter Cardinalis, Episcopus Brixinensis, Universis et singulis Christifidelibus salutem in Dño sempiternam. Splendor paterna gloria, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima majestate et misericordia sperantium tunc praecipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut parochialis Ecclesia sancti Michaelis in Abzan extra opidum Hallen nostra dioecesis congruis honoribus frequentetur, fidelesque ipsius eo libentius devotionis causa confluant, ad eandem, quo inibi dono celestis gratia uberius se conspexerint refectos.

sequentia / Vide Lit. b. /

Universis Sancte Matris Ecclesie Filiis

ad quos presentes littere pervenerint. Nos miseracione divina Nicolaus ... episcopus. Petrus Calliensis episcopus. Benedictus
Prisacensis episcopus. Salamannus Wormaciensis episcopus. Conradus ...ensis Episcopus
Nerses Manasgardensis Episcopus. Jacobus de Valona episcopus ... Petrensis
episcopus et Johannes episcopus salutem in domino sempiternam. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devocionem fidelium
per quedam munera spiritualia remissiones videlicet et indulgencias invitare consuevit ad debitum famulatus honorem deo
et sacris edibus impendendum ut quanto crebrius et devocius illuc confluit populus christianus assiduis salvatoris graciam precibus
implorando tanto delictorum suorum veniam et gloriam regni celestis consequi mereantur eternam. Cupientes igitur ut
capelle sancti michaelis in Aben ac sancti ... ibidem ac sancti ... in hall consecrata ... beate marie magdalene
sancte katerine ac sancti Jacobi sancte elisabeth sancti Johannis Baptiste ac sanctorum martirum Andree congruis ho
noribus frequententur et a christi fidelibus iugiter venerentur. Omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictas capellas
seu aliquam earum in omnibus et singulis festis suorum patronorum et patronarum et in dedicacione earundem ac in aliis festis infrascriptis videlicet Natalis do
mini circumcisionis Epiphanie parasceues pasche Trinitatis Ascensionis corporis christi penthecostes Inventionis et exaltationis sancte crucis in omnibus festis be
ate marie virginis ac sancti Johannis Baptiste sanctorum petri et pauli ac omnium apostolorum et evangelistarum sanctorumque Stephani Laurencii martini Nic
holai Gregorii Augustini Ambrosii Jeronimi. Sanctarum marie magdalene katerine margarete Cecilie lucie Agathe Agnetis. In commemoracione omnium sancto
rum et animarum et per octavas dictarum festivitatum octavas habencium singulisque diebus dominicis et sabbatis causa devocionis oracionis aut peregrinacionis ac
cesserint. seu qui missis predicacionibus matutinis vesperis aut aliis quibuscumque divinis officiis ibidem interfuerint aut corpus christi vel oleum sacrum cum infirmis
portentur secuti fuerint seu in serotina pulsacione campane ... ... tribus Ave Maria dixerint. Necnon qui ad fabricam lumi
naria ornamenta aut quevis alia dictis capellis necessaria manus porrexerint adiutrices vel qui in eorum testamentis aut extra aurum argentum vestimentum
aut aliquod aliud caritativum subsidium dictis capellis aut alicui earum donaverint legaverint aut procuraverint. Necnon qui ... ... venerabil
is in christo patris ... episcopi huiusmodi indulgenciam confirmaverint dum vixerint et cuius anima cum ab hac luce migraverit omniumque parentumque amicorum par
rentum et benefactorum ac omnium fidelium defunctorum pie deum exoraverint. Quocienscumque quandocumque et ubicumque premissa vel aliquid premissorum
missorum devote fecerint de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli Apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum .xl. dies indulg
enciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testim
onium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Avinione die xxiiij mensis Julij Anno domini millesimo tre
centesimo tricesimo octavo Pontificatus domini Benedicti pape .xij. Anno quarto.

[illegible]

1338.

1.

Ablässe von 40 Tagen
für die Capellen:
S. Michaelis in [illegible] S. Wenzeslai
[illegible], S. Nicolai in Halle [illegible]
[illegible], S. M. Magdalenae, S. Catharinae
et S. Jacobi, S. Elisabeth, S. Joannis Baptistae
et S. Martini et Andreae.

Epistola. ex. Concurren

m. Kar. hoc est in

us est. Germanus Kain

us Achanaech in Abram

Aras dni ·
te · vi ·
Vigilia P
ſci ſacerdotis In
In honore Sce Tr
uvum ſanctoꝝ Sub

1338.

1.)

Ablaß von 40 Tagen
für die Capellen
S. Michaelis in Wyzan, S. Wenzeslai
[illegible], [illegible] S. Nicolai in Halle [illegible]
[illegible], S. M. Magdalenae, S. Catharinae
[illegible] S. Jacobi, S. Elisabeth, S. Joannis Bapt.
et S. Martini et [illegible].

1338.

1.

Ablaß von 40 Tagen
für die Capellen
S. Michaelis in Obzan S. Wenceslai
ibidem, ac S. Nicolai in Halle eiusdem
plebis, S. M. Magdalenae S. Catharinae
et S. Jacobi, S. Elisabeth S. Francisci Barth.
et S. Martini et Andreae.